Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

victoriam non humane virtutis ſed diuine gratie fateretur. In ea vaſtatione fuit ea hominū ſtrages ea fames miſeroꝝ funeſta neceſſitas: Que ſi ex ordine noſcere cupis Joſephum lege. Non audita ſed viſa et cōmunia ſibi cū ceteris referentē. Veniēs deniqꝫ Titꝰ romā cū patre ſuo Veſpaſiano triumphū celeberrimuz egit. Simonē qui vrbis excidij cauſa fuit in triūpho ꝑductū poſtea laqueo ꝑ totā ciuitatē traxerunt multis confoſſuz vulneribꝰ interfecerūt. Veſpaſianꝰ templū pacis edificauit vbi iudeoꝝ precioſiora inſtrumēta videlicet tabulas legis penetraliū vela. ⁊ alia multa repoſuit. Ea aūt vrbs vſqꝫ ad adriani principis tpa latronū ſicarioꝝūqꝫ facta eſt receptaculū. Et ꝑ quīquagīta annos: deinde ciuitatis mãſere reliquie. Quā poſtea Adrianus impator menibꝰ ⁊ edificijs inſtaurās de ſuo noīe helyam appellauit: et diuꝰ Hieronimꝰ ad paulinū ſcribit ab adriani tpibus vſqꝫ ad imperium Conſtātini ꝑ annos circiter. c lxxx. In loco reſurrectiōis ſimulacrū iouis in crucis rupe ſtatua ex marmore veneris a gentilibꝰ poſita colebat. Eſtimātibꝰ ꝑſecutōis auctoribꝰ qꝫ tollerēt nobis fidē reſurrectiōis ⁊ crucis: ſi loca ſancta ꝑ ydola polluiſſent. Maiores deiñ noſtri glorioſiſſimā ciuitatē diu poſſeſſaz. tandē amiſerūt. Karolus eñ magnꝰ multo ſudore primo vrbē illaz vendicauit deinde ꝑditam recuꝑauit Gothefridus. Ad quā retinendā etiaz Conradus ceſar: Ludouicuſqꝫ rex francoꝝ nō dubitarūt coactis exercitibꝰ in aſiam ꝓficiſci. At cū nr̄i principes poſtea deſidie ſeſe dederūt neqꝫ hieroſolima nec Antiochia in poteſtate nr̄a remāſere. Heu pudor: heu dolor fons ⁊ origo nr̄e ſalutis defecit. Templū illud Salomonis fama clarū: in quo dominꝰ tociēs ꝑdicauit: Bethleē in qua natꝰ eſt. Caluariam in qua crucifixꝰ. Ipſius crucis poſſidēt inimici. Sepulcruz dn̄i glorioſum in quo ꝓpter nos obdormiuit in dn̄o: ſaraceni in ꝑtāte habēt. Et niſi velint xp̄iani inuiſere nō poſſunt. En ipam dei viuētis ciuitatem officinaſqꝫ nr̄e redēptiōis: quā deꝰ nr̄ miraclis illuſtrauit ⁊ ꝓprio ſanguīe dedicauit: In q̄ pme reſurrectionis flores apparuerūt: Machometi ſatellites ꝯculcāt. Et ea vrbs nūc ſcelerate genti impio paret.

Quinta ſeculi etas hic incipit et ortum habuit a captiuitate iudeorum in Babiloniam duratqꝫ vſqꝫ ad chriſti ieſu domini noſtri natiuitatem per annos. 590. q̄uis in hac ſupputatione aliqui aliter ꝯſentiant. Unde qui recte captiuitatis annos numerare voluerint ab vndecimo Sedechie regni anno vt Euſebius ponit. tunc ſeptuaginta captiuitatis annos in ſecūdū Darij annuz terminabunt. Joſephꝰ et diuus Hieronimus a. 13. Joſie regis vſqꝫ ad tercium Cyri regis annuz. Nonnulli ab vltimo regis Joachim anno computant vſqꝫ ad vltimum Cyri annum. At ſane ſentiendo ſeptuaginta illi anni qui in tercio vel vltimo Cyri anno terminantur. proprie captiuitatis iudaice anni dicuntur. Illi vero qui in ſcd̄o Darij terminantur proprie complete tranſmigratiōis ſunt. Et hec principalior et precipua ſacre ſcripture era habet. q̄. ſ. facta eſt anno ab exordio mūdi. 4610. A diluuio aūt. 2369. A natiuitate abrahe. 1427. Ac vigeſimooctauo regni Tarquini romanorum regis. Regnantibus etiam apud Medos aſtyage. apud Macedones Europe. Apudqꝫ lydos alyacte: et apud egiptios vaphre: et apō Caldeos nabuchodonoſor ꝑmus.

Captiuitas igitur hebreorum que fuit exterminium populi hieruſalē hic incipit. Et per annos. 70. perdurat. Cum enim populus iſrael iam multis temporibus ydolis ſeruiendo: etiam effuſionem ſanguinis innocentum ſe grauiter impiaſſet: volens deus generationem huius populi deperire: ſeptuaginta annorum captiuitatem eundem populum in regno caldeorum ſtatuit ſuſtinere. Hac ratione vt completo annorum numero nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationem hieruſalez perueniret.